

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.  
Theol. D. P.P. & Superint. Ad Exequias, Quas Viro ... Dn. Nicolao Papken/ Iudicii  
Secretario ... Marito desideratissimo Vidua Moestissima Hodie ... paratas cupit,  
Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776800981>

Druck    Freier  Zugang



**Mavritius, C.,**

in

**N. P a p k e.**

Rostock, 1657.

3.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776800981/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776800981/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**CASPARVS MAVRITIUS.**

Th. D. P. P. & Superint.

Ad Exequias,

Viro Eximio & Præstantissimo  
Quas

**DN. NICOLAO**

**Papken/**

Judicij Secretario Spectacissimo

Marito desideratissimo

**VIDUA MOESTISSIMA**

Hodiè ad horam 1. pomer. in templo Jacobeo

paratas cupit,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-

demicos studiose invitac,



**ROSTOCHII, Typis Heredum NICOLAI DRILLI,**  
**Acad. Typogr. Anno 1657.**

**I**lla, qua iursum est, Hierusalem libera  
est, quæ est mater omnium nostrum,  
inquit Paulus in Pericope Epistoli-  
ca dominicæ præterlapsæ. Horum  
Pauli verborum pia meditatio lu-  
cem porrigit Illustri promissioni,  
quæ in Apocalypsi extat Cap. III, 12. Qui vicerit, fa-  
ciam ut sit columna in domo D[omi]ni mei nec foras egredie-  
tur amplius. Et in scribamei nomen D[omi]ni mei, Et nomen  
civitatis D[omi]ni mei, id est, nova Hierusalem, quæ descen-  
dit è celo à DEO meo, Et nomen meum novum. Sunt,  
qui Filium D[omi]ni alludere putant ad morem Græco-  
rum ac Romanorum qui benè meritis viris statuas  
ponebant. Plinius lib. 34. cap. 4. de Græcis sic scri-  
bit: Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua  
illustri causa perpetuitatem merentium, primo sacrorum  
certaminum victoria, maximèq[ue], OLYMPIÆ: ubi  
omnium, qui viciissent, statuas dicari mos erat: eorum  
vero, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum simi-  
litudine expressa, quas iconicas vocant. Athenienses  
nescio an primi omnium Harmodio Et Aristogitonis Ty-  
rannicidis publicè posuerint statuas. Excepta deinde  
res est à toto orbe terrarum humanissima ambitione. Et  
*edictum. agit.* jam

273

jam omnium municipiorum foris statua ornamentum esse  
coepere, prorogariq; memoria hominum: Et honores le-  
gendri a vo basibus inscribini in sepulchris tantum legeren-  
tur. Mox forum et in domibus privatis factum et in  
atriis. Honos clientium instituit sic colere patronos.  
Hec Plinius. Romani iis, qui domi vel foris egregie  
se gesissent, post mortem in postis imagines in me-  
moriam posteritatis, plerumq; cereas aut marmo-  
reas vel æneas columnas cum trophyis & titulis pu-  
blico Concilio cirgebant, & res gestas monumentis  
insculpebant, levandi desiderii causa. Positas legi-  
mus statuas Rhetoribus, Georgiæ Leontino, Demo-  
stheni, Isocrati, aliisq; Poetis, Homero, Hesiodo,  
Virgilo: Musicis Artoni, Eunomio: Philosophis, Py-  
thagoræ, Platoni, Chrysippo, Epicuro: Vatibus, A-  
strologis, Medicis, Historicis, Athletis, Regibus, Im-  
peratoribus, Ducibus, Legatis, Praeceptorib; Legis-  
latoribus, Vivis, Mortuis &c. ob sapientiam, fortitu-  
dinem, taciturnitatem, liberalitatem, pietatem,  
sanitatem, datam formam, sublatos tyrannos, pa-  
triam liberatam, Victoriam de hostibus, pestem,  
arcendam. Quantinim statuas facti sint sumtuos.  
Pausanias in Arcadicis, Valerius Maximus, aliiq;  
literatum monumentis prodiderunt. Prisei ho-  
mines, (verba sunt Pausaniae) pro sua erga deos pie-  
tate non aliis materia generibus ad simulacra deorum  
usi sunt, quam ebeno, cypriso, cedro, quercu, hedera cili-

ria: verum Mercurio Cyllenio è citro signum adificatum  
est, pedum haud minus octo altitudine. Græci quam  
splendidi & magnifici, ac minimè omnium parci  
in colendis Diis fuerint, magno illud documento  
est, quod ex India & ab Aethiopibus ebut ad signa  
deorum facienda advehendum curarint. Robertus Romanorum Dux pœnitens, quod Ricardum  
tertium fratrem veneno necasset: cum Hierosolima  
voti causa esleturus, Romanum profectus, ut  
Benedictum IX. Pontificem Romanum abeundi  
facultatem pro more rogaret, magnas fecit largiti-  
ones: vestivit etiam statuam Constantini Impera-  
toris pallio aureo, dictans, Romanos esse ingra-  
tos, qui talem principem non donarent in annos  
singulos veste. Neq; defuerunt homines ambi-  
tiosi, qui ipsi sibi statuas columnas & trophea statue-  
rent, quales Saul, Absolon aliq;. Cæterum ad  
morem Romanorum Græcorum non respexisse.  
**CHRISTVM** verbis ex Apoclypsi allegatis illud  
indicio esse potest, quod non dicat, *Ego ponam ipsi  
columnam, sed faciam ipsum columnam.* Quare ve-  
rosimilius est, digitum intendisse Filium DEI ad  
duas columnas æreas, quibus templum magnificen-  
tissimè extructum ornavit Salomon, Jacin &  
Boaz. Hæ columnæ firmæ stabilesq; memoriæ &  
ornatus causa eret typum repræsentant electo-  
rum, quos nulla persecutio, non mors, non Dia-  
bolus

249

bolus deniq; degradu felicitatis deturbabit, quiq;  
ornabuntur felicitate, quam oculus non vidit, auris  
non audivit, **E**qua in mentem hominis non venit, quo-  
rum memoria erit in benedictionem. Cæterum,  
qui columna in templo D E I olim esse voluerit,  
hic in CHRISTO per fidem, quæ per charitatem est  
efficax, stabilis sit necesse est. **Q**uisquis autem ex me  
(verba sunt servatoris) sermones istos audit **E**os præ-  
stat, assimilabo eum viro prudenti qui adificavit domum  
suam super petram: decidit autem nimbus **E**venerant  
flumina, **E**flaverunt venti, **E**inciderunt in  
domum illam: sed non cecidit fundata enim fuerat su-  
per petram. Et quisquis audit ex me hos sermones, **E**  
eos non præstat, assimilabitur viro fatuo, qui adificavit  
domum suam super arenam: descendit autem pluvia  
**E**venerant flumina **E**flaverunt venti, **E**impegerunt  
in domum illam, **E**cecidit, **E**suit casus, ejus magnus.  
Petric Christus est: huic qui salutem suam perseve-  
reranter inadificat, extra omne periculum casus  
est & ruinæ. Et id quidem secisse Virum Eximum  
& Præstantissimum DN. NICOLAUM Papke/ cui  
hodiè exequiæ parantur ex iis, quæ dicenda nunc ac-  
cepimus, patebit. Natus est p. d. Anno M. D. C.  
VI. ipso Dionisi die circa octavam matutinam Pa-  
trem habuit Virum quondam Amplissimum & Con-  
sultissimum DN. NICOLAVM Papke/ J. U. D.

& Serenissimæ Viduæ, SOPHIAE Reginæ Daniæ  
&c. &c. Consiliarium eminentissimum: & hujus di-  
casterii provincialis advocatum & procuratorem  
clarissimum, Matrem Fœminam laudatissimam  
piissimamq; MARGARETHAM Tancen. Avus  
paternus ei fuit NICOLAUS Papke/ Civis hujus  
urbis primarius, sedecim vir & ædis Marianæ Præ-  
fectus Spectatisimus: Avia Paterna Gesche Schlorf-  
fes. Avus maternus Vir quondam Amplissimus &  
Prudentissimus DN. MARCUS Tancen/ hujus  
Urbis Consul gravissimus & in SILEMO quondam  
hæreditarius: Avia materna AGNETA Gro-  
temans. Proavus Paternus MARTIN Papke/ Ci-  
vis Barthensis: Proavia Paterna CATHARINA Ba-  
renß. Proavus Maternus HANS Tancen/ Civis hu-  
jus Urbis præcipuus: Proavia Materna ANNA Golda-  
berges/ Wismariensis, Ex hac prosapia ortum piè  
defunctum Parentes Christo per baptismia reddend-  
dum & in pietate bonisq; literis informandum cu-  
rarunt. Decimum octavum ætatis annum ingressus  
in Regiomontanam Academiam missus & hinc Lug-  
dunum Batavorum profectus atq; per sesquiannum  
in Academia Leidensi commoratus est. Visis Hollan-  
diæ urbibus potioribus lustratoq; tractu Rhenano  
Coloniæ Aqrrippinæ aliquandiu substitit, & postea  
Lipsiam ivit, ibiq; studiorum causa per biennium  
vixit, eademq; opera vicinas, Witebergensem, Je-  
nen-

nensem, Erfordiensem, Academias visitavit. Do-  
mum reversus de Consilio Parentum matrimonio  
sibi juxxit Virginem lectissimam ANNAM von  
Herverden/ Viri Amplissimo, Dn. VEIT von Hervor-  
den/hujus Urbis Senatoris prudentissimi Filiam ex  
antiqua von Hervorden familia ortam. Conjugium  
fuit pacatum atq; tranquillum, quin & fœcundum.  
Vidit enim ex se natos piè defunctus octo liberos,  
quinq; Filias, Agneta Ilse / Margaretha/ Elsche/  
Anna Elisabeth/ Agneta/ & tres Filios, NICOLAUM,  
ERICVM JOACHIMVM, NICOLAVM. Ex quibus  
natu maximi Filii; Filiæq; una cum natu minimis  
præcessere immatura abrepti morte: reliqui per  
DEI gratiam superstites sunt. Filia Margareta nu-  
psit Viro Consultissimo DN. ERICO TILEMAN-  
NO Becker/ Dicasterii Provincialis & aulici Sve-  
rinensis Advocato eximio, Amico honorando, Du-  
raate matrimonio studia continuavit Juridica op-  
ponendo & Respondendo, habita sub Viro Excel-  
lentissimo & Amplissimo Dn. HENRICO Rahne,  
J. V. D. & Prof. celeberrimo, Dn. Collega & Amico  
honoratissimo Disputatione de cessione bonorum,  
Secretariatus Judicij ( vulgo des geuyettes ) ipsi com-  
missus & per octodecim annos debita fide & dili-  
gentia administratus est. Cum Infirmitate corpo-  
ris per aliquot annos conficitatus est, donec XXIV.  
Febr. vehementissima cum tussis inyasit, cui addita

sup.

et ipsius alia, & in primis apoplexia quæ i. Mart. finem vitæ attulit, ætatis anno quinquagesimo primo, postquam sacra synaxi tribus ante obitum septimanis in æde Jacobæ usus, & assistentium ultimo agoni seriis precibus Divinæ gratiæ commissus esset, ipseq; animam benignissimo Servatori constanti sibi mentis integritate devota supplicatione commendasset. Cum autem hodiè hora I. corpus terræ matris concredendum sit, studiose rogamus Cives omnium ordinum Academicos, ut supremum honorem pië defuncto repræsentare, & in solatum mœstissimæ Viduæ Matris liberorumq; totiusq; Familiæ honorem frequenti Conventu exequias ornare haud graventur, suæq; fragilitatis memores vivant.

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus  
XI. Mart. Anno M. DC. LVII.

Conveniendum in templo Jacobæ





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776800981/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776800981/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776800981/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776800981/phys_0014)

DFG





bolus deniq; degradu felicitatis de  
ornabuntur felicitate, quam oculus  
non audivit, & qua in mentem homini-  
rum memoria erit in benedictione  
qui columna in templo D E I olio  
hic in CHRISTO per fidem, quæ po-  
efficax, stabilis sit necesse est. Quis  
(verba sunt Servatoris) sermones istos  
stat, assimilabo eum viro prudenti qui ad-  
juam super petram: desidit autem nin-  
flumina, & flaverunt venti, &  
domum illam: sed non cecidit fundata  
per petram. Et quisquis audit ex me  
eos non praestat, assimilabitur viro fatu-  
domum suam super arenam: descendit  
& venerant flumina & flaverunt ven-  
in domum illam, & cecidit, & fuit cas-  
Petrica Christus est: huic qui salutem  
veranter inadiscit, extra omne p-  
est & ruinæ. Et id quidem fecisse V.  
& Præstantissimum DN. NICOLA  
hodiè exequiæ parantur ex iis, quæ d-  
cepimus, patebit. Natus est p.d.  
VI. ipso Dionisi die circa octavam  
trem habuit Virum quondam Ampli-  
fultissimum DN. NICOLAVM



quiq,  
auræ  
quo-  
rum,  
uerit,  
em est  
ex me  
os præ-  
omum  
verant  
nt in  
at su-  
res, &  
ficavit  
via  
gerunt  
agnus.  
tseve-  
casus  
mium  
fe/ cui  
nc ac-  
D. C.  
m Pa-  
e Con-  
J. D.  
&